

ture, recipiatur denarius medius, minus autem decem caseis, quinquaginta ovis nil soluatur, item de pullis et antis infra valorem decem denariorum nil soluatur, et si fuerint ad valorem decem denarius medius, item de pedite ponderato denarius vnus, item de pedite vacuo denarius medius, item de viginti capris denarius vnus, item de viginti porcellis seu suellis denarius vnus, item de duobus vasis vacuis venalibus denarius vnus, item de tribus doleis denarius vnus, item de Matt . . . fistellis Zathor ad pondus humanum denarius vnus, item de ocreis et aliis calceis vsque quinque paria ocrearum et decem paria calceorum denarius medius, de minori vero numero nil soluatur, item de duabus cutibus dispositis denarius vnus, item de quatuor cutibus indispositis denarius vnus, item de curru nouo denarius vnus, item de duabus rotis nouis denarius medius, item de tinis et idreis quantumcunque in dorso portare poterit, denarius medius, item de vomeribus, securibus, ligonibus, palis, terebellis, falcibus iuxta pondus denarius medius, item de fructibus cuiuscunque generis portio modesta recipiatur, item carnifices si ibidem vendere potuerint carnes et cutem denarius vnus, si autem vendere non potuerint, denarius medius, item de capriolo vel agnello vno, vel duobus, de quinque pullis, suello vno vel duobus, lapide salis vno, et lepore vno, tributum non recipiatur, ita tamen, quod si horum aliqua vendi non potuerint denariis duodecim, et si vendentur, recipiatur medius denarius, item emptores salium infra duodecim denarios non teneantur soluere tributum, item venditores olei vnus lagene, denarium vnum, item de arcubus denarium medium, item de gladiis denarium medium, item de sagittis denarium medium, item de clypeis denarium medium, item de vno vehiculo onerato quatuor vel sex animalibus trahendo, dedenarii quatuor, item de vehiculo paruo duobus animalibus trahendo denarii duo, item de vehiculo per vnum hominem trahendo denarius vnus, item artifices soluant sicut alii pedites, item de curribus nuptialibus et hominibus nichil exigatur, item de bladis Nobilium et ignobilium ad molendina deducendis et deportandis nil exigatur, item a deductoribus Jobagionum nil exigatur, in vadis autem quorumlibet fluviorum eadem moderatio vel solutio obseruetur, item de porcis, qui depelluntur ad syluas glandinosas ad impinguandum, de centum porcis denarii sex, de quinquaginta denarii tres et infra viginti denarius vnus, item de rebus Nobilium de vna possessione ad aliam deducendis et deportandis, ac etiam pro sustentatione domorum ipsorum comparatis nichil exigatur. Ne igitur temporum in processu in exactione et solutione ipsorum tributorum et nauigiorum inter tributarios, nautas, ac mercatores et questores difference oriantur, ideo iuxta prescriptam limitationem tales denarii per tributarios exigantur, quorum centenarius numerus facit vnum florenum auri, aut valor denariorum eorundem declarato, quod vbicumque in principalibus et capitalibus tributis solucio facta fuerit, ibi in filialibus tributis nichil exigatur, et e conuerso, et quod tributarii in possessionibus et terris aliorum Nobilium neque tributa tollere, neque progredientes et proficiscentes cum rebus venalibus quoquo modo impedire et infestare audeant. Cum itaque ipsa moderacione seu limitatione facta et peracta, eam preattactorum Comitatum Nobilibus in publicum videndam prebuissemus, et coram eis legi et in omnibus ipsius particulis, clausulis et articulis exponi fecissemus, omnibus congrua, competens, vtilis et accomoda visa exstitit, agnita et probata, quam in litteras nostras redigi et in scripto pro memoria et firmitate sempiterna per nos sibi concedi, dari, accuratius optarunt atque petierunt; nos vero de huiusmodi eorundem